

I L L U S T R I S S I M O ,
E X C E L L E N T I S S I M O Q U E D.
D O N G V I L H E L M O A S. C L E M E N T E ,
 Equiti Ordinis S. Iacobi de Espara , Serenissimi Hispaniarum Regis Catholici à consiliis , eiusdemque ad
 Casaream Rodolphi II. Imperatoris
 Maiestatem Legato,

I O R. B R U N V S N O L. S. D.



Vemadmodum animalia muta, quamvis laudatis orta parentibus, non ullus generosa existimabit, nisi eadem quoque sint & fortia: ita homines appellari nobiles iure nequeunt, nisi propria extiterint virtute commendati. Ideo tribus à Platone enumeratis sub nobilitatis genere speciebus, prima quæ à sapientibus, probis, derivat atque iustis: secunda quæ ab heroibus & principibus: tertia quæ ab ijs, qui vel bellica negocia præclare gesserunt, vel certaminum coronas reportarunt, in posteros effunditur: quarta tandem illa species ab eodem omnium præstantissima iudicatur, qua quies per se animi magnitudine multitudinem antecellit. Secus etenim disposito, si quando cum suis maioribus conferatur, haud iniuria Persianum illud auribus inculcabitur,

Hic petit Euphratem iuuenis, domiti que Bataui.
 Custodes aquilas armis industrius: at tu
 Nil nisi Cecropides trunco que similimus Hermæ,
 Nullo quippe alio vincis discrimine, quam quod
 Illi marmoreum caput est, tua vivit imago.

Illud optimè cauisti, generosissime admodum que magnanime Domine, ne solo hereditario maiorum tuorum splendore clarus, minus propria, in te exorta & à te ipso comparata omnis generis claritate tot rationibus enitesceres atque numeris, quot certè tum quia manifesti sunt, tum quia maiores quam ut huic loco congruente compendio, & orationis stilo tractari possint atque debeant, recensere prætermittam. Ea certe ipsa sunt in causa, ut cum principi huic Lulliano ingenio, meisque circa eundem studiis patronum, qui tum
 iudicio

iudicio tum autoritate polleret, & explorare, usque adeo Illustri. Excellentia potissimè omnium exoptanda visa est: ut cuius patrocinio sublimis huiusce artis studia committerem ne fortè cœcipiam surdo fabulam narrare, cæco speculum præsentare, vel Thersiti ducis Achillis arma offerre conspicerer. Ad Heroicum ergo genium & ingenium vester hic, vestrasque Lullius confugiens ita (mihi certè persuadeo) suscipietur, quemadmodum ipsi ad vestros tanquam ad proprios lares hilariore spiritu contigit aduentare: ubi non minus comperitum esse video, me super illius adinventionem excolendam elaborasse, cuius intelligentiæ diuinitatem summi philosophorum principes, ut olim consueuere, ita & in posterum admirari, persequi & imitari perpetuò debebūt: à quo quāto diuiniora atque profundiora, tanto paucioribus peritiā minusque nota ingenia mysteriorum, quæ in multiplici doctrinæ torrente delitescunt, fontes hausisse fatentur: à cuius sufficientiā ebibita nomen atque gloriam plurimi sibi comparare studuerunt, qui proprijs super hæc commentarijs non tam Lullium declarare, quam vel per attentatum Lullium nomen proprium illustrare elaborarunt. Iam quid tandem ego super ipso præstiterim, vestrum & aliorum, qui intelligentiæ lumine non sunt orbati, esto iudicium. Sub duobus nempe hisce Lampadis & Scrutinijs titulis ea certè complectimur, quæ ad artes omnes Lullij inquirendas, intelligendas nec sine iudicio prosequendas sufficere iis facile possint, qui vel mediocriter in significationibus terminorum vulgaris philosophiæ fuerint versati. Hic namque integrè expressisse videmur, quicquid præstantissimus autor iste in multis cõplectitur artibus, in quibus idem inuentum, nunc per unam, ut ipse loquitur, viam, nunc per aliam nititur aperire. In hoc quippe compendium contraxisse credimur, quicquid idem pluribus ad diuinæ Combinatoriæ artis complementum insinuat, in artibus breui, magna, inventiua, demonstratiua, mixtionis principiorum, auditus cabalistici, arboris scientiæ, & alus si quæ aliæ (ut certè extare debent) extant, eiusdem argumenti plurimæ. His addam aliquid per-

magni momenti, quod sub predictis inscriptionibus auditus cabalistici & septemplex arboris diuinus vir iste occultis & obsignauit, quæ propediem sub titulo Lampadis cabalistica huic cognatæ arti subnectenda in lucem producam, quo sub eodem Illustrissimæ Excellentia tuæ presidio atque favore queant tutissima consistere. Accipiat interim à me quicquid hoc operis est, quod hoc principio eam voluntatis & obseruantia erga se meæ admoneat. Deum omnipotentem precor, ut eiusdem vitam & actiones in dies magis atque magis ad suam gloriam & Reipublicæ salutem fortunando promoueat.

Praga X. Iunij.

1588.

I O R.



IORD. BRUNVS NOL.

DE LULLIANO SPECIERUM SCRUTINIO,

PROPOSITVM.

CAP. I.

PENITIVS inspicienti omnem artem omnemq; disciplinam, ob id quod vel natura imitatur; vel hanc exorbitantem corrigit, aut aduersam impedit, primò principia quædam & elementa suscipere: secundò eadem in simpliciores combinationes copulare: ultimò deniq; magis multiplices variasq; è simplicibus educere complexiones: è quibus certè specificæ suboriuntur rerum differentia, quales numeris huiusce generis comparantur.

*Methodus
artium.*

Horum certè omnium artificiosa comprehensio in huiusmodi Scrutini dispositione, quam Lullius primò delineando & inumbrando; inuenit, à nobis tamen propriis coloribus inspicienda obiicitur.

Lull. ars

*Brni perpo-
lissio.*

DE ARTIS ELEMENTIS.

CAP. II.

ARTIS huius alphaberum nouem dundaxat complectitur elementa, quorum singula vicibus quadruplicis significationi subministrant.

	B	C	D	E	F
Subiect.	Deus.	Ange- lus.	Cœlum.	Homo.	Imagi- natiu.
Prædic. absol.	Boni- tas.	Magni- tudo.	Dura- tio.	Pote- stas.	Sapien- tia.
Prædic. respect	Differē- tia.	Cōcor- dantia.	Contra- rietas.	Princi- pium.	Medi- um.
Quæst.	Vtrum.	Quid.	De quo.	Quare.	Quan- tum.

	G	H	I	K
Subiect.	Sensitiuū.	Vegetatiuum.	Elementarium.	Instrumentarium.
Præd. abs.	Voluntas.	Virtus.	Veritas.	Gloria.
Prædic. resp.	Finis.	Maioritas.	Æqualitas.	Minoritas.
Quæst.	Quale.	Quando.	Vbi.	Quomodo. Cum quo.

DE PRIMA FIGURA.

CAPUT III.

FIGURA prima quæ A. elemento notatur, absoluta complectitur prædicata, quæ de subiecto quocunq; affirmata vel negata quiditatiue vel denominariue in concreto vel abstracto, conuertibiliter vel inconuertibiliter, in recto vel in obliquo enunciantur. Ipsum notatur in figura per lineas à punctis circumferentiæ singulorum elementorum ad omnia: quod videlicet hæc non modo de aliis omnibus extra figuram, sed etiam singula de cæteris vniuersis in figura constitutis prædicantur.

DE SECUNDA FIGURA.

CAPUT IV.

SECUNDA figura per T. elementum notatur. vtpote quæ sextium complicatorum triangulorum ordine conflatur ad quorum angulorum terminos termini omnes relativi velut ad propria capita referuntur, quam sane relationem contemplari possumus.

In	} vtpote	iuo	} Principativo.	
		abili		Principiabili.
		ante		Principiante.
		are		Principiare.
		ato		Principiato.
		ando		Principiando.

Definientia

Desinentia namq; in	} Sunt	ium	} Forma seu principium formale & intrinsecū. Subiectum seu principium materiale. Efficiens seu agens. Actio seu operatio. Actus seu effectus. Agendum seu finis.
		abile	
		ans	
		are	
		atum	
andum			

DE TERTIA FIGURA,
CAPUT V.

PROPRIMUM sui significatiuum tertia figura non habet elementum. Ipsa quippe syllabicum in hac arte, & primum combinationis genus exprimit: quatenus est duorum elementorum coitu plurimi intentionum foetus propagantur. Vbi sumitur

Vel absolutum cum absoluto. absolutum cum respectiuo. Vel respectiuum cum respectiuo. Vel respectiuum cum absoluto. & hæc vel adiectiue; vel substantiue. Et ita; vel ex parte vnius: vel ex parte alterius termini.

Qui sumuntur vel in recto: vel in obliquo. Aut vtriq; : Aut horum alter. Significando vnl concretiue; vel abstractiue. Idq; vel simpliciter: vel contractiue. Et figura vel prima vel secunda.

DE QUARTA FIGURA,
CAPUT VI.

FIGURA quarta tribus concentricis efformata circulis foecundissima est tabulae generalis mater. 3. Orbes.

Hæc, vt expressimus in libro de architectura, septem admittit reuolutiones, pro totidem domorum fabrefactione.

Prima constituitur: cum sub B, circuli superioris immobilis, ponitur C. circuli medii. & D. inferioris causando septem cameras. Secunda, cum sub B. circuli superioris ponitur D. circuli medii & E. circuli interioris. Tertia, cum sub B. circuli superioris ponitur E. circuli medii, & F. circuli interioris. Quarta cum sub B. circuli superioris ponitur F. circuli medii, & G. circuli inferioris. Quinta cum sub B. circuli superioris ponitur G. circuli medii & H. interioris. Sexta cum sub B. circuli superioris ponitur H. circuli medii & I. circuli inferioris. Septima cum sub B. circuli superioris ponitur I. circuli medii & K. circuli inferioris.

DOMVS PRIMA SE-

ptem ordinibus constans: ha-

bet 24. * cameras.

* Profelidia
seu cellulas
seu loca.

7	6	5	4	3	2	1
Bcd	bce	bcf	bcg	bch	bci	bc ^e k
Bde	bd ^e f	bdg	bdh	bdi	bdk	
Bef	beg	beh	bei	bek		
Bfg	b ^e fh	bfi	bfk			
Bgh	bgi	bgk				
Bhi	bhk					
Bik						

DOMVS SECUNDA SEX OR-

dinibus constans: habet 21. cameras.

SECUNDA domus constituitur cum sit reuolutio duorum internorum circularū circuli immobilis collocato primo sub eo D. circuli medii & E. circuli infimi. Tertio F. medii G. infimi. Quinto H. medii I. infimi. Sexto I. medii K, infimi.

6	5	4	3	2	1
Cde	cdf	cdg	cdh	cdi	cdk
Cef	ceg	ceh	cei	cek	
Cfig	cfh	cfi	cfk		
Cgh	cgi	cgk			
Chi	chk				
Cik					

DOMVS TERTIA QVINQVE

ordinibus constans: habet 10. cameras.

TERTIA domus constituitur reuolutione duorum internorum circularum sub D. circuli immobilis, primo collocato sub eo E. circuli medii & F. infimi: secundo F. medii G. infimi: Tertio G. medii I. infimi Quarto H, medii I. infimi: Quinto I. medii K. infimi.

5	4	3	2	1
Def	deg	deh	dei	dek
d ^e fg	d ^e fh	d ^e fi	d ^e fk	
dgh	dgi	dgk		
dhi	d ^e hk			
dik				

Domus

DOMVS QVARTA 4. ORDI-
nibus constans: habet 10. cameras.

Quarta domus fit reuolutione duorum circularum sub E. circuli immobilis collocato primo sub eo F. circuli medii & G. inferioris: secundo G. medii H. infimi: tertio H. medii I. infimi: quarto I. medii K. infimi.

4	3	2	1
Efg	efb	efi	efk
egh	egi	egk	
ehi	chk		
eik			

DOMVS 5. TRIBVS ORDI-
nibus constans: habet sex cameras.

Quinta domus fit, cum primo sub F. circuli immobilis collocatur G. circuli medii & H. infimi: secundo H. medii I. infimi: tertio I. medii K. infimi.

3	2	1
Fgh	fgi	fgk
fhi	fhk	
fik		

DOMVS 6. DVOBVS ORDI-
nibus constans: 5 tribus.

Sexta domus fit primo sub G. immobilis collocato H. medii & infimi: secundo I. medii & H. infimi.

2	1
Ghi	ghk
gik	

DOMVS 7. VNIVS CAMERA

Septima domus fit moto sub H. circuli immobilis I. medii & K. infimi.

1
Hik

Comp.

Ex reuolutione igitur circularum quartæ figuræ, resultant octo & viginti domus: quarum prima 7. habet ordines & 24. cameras: secunda 6. ordines & 21. cam. tertia 5. ordines 15. cam. quarta 4. ordines 6. cam. quinta 3. ordines 6. cameras: sexta duos ordines 3. cameras: 7. vnã camerã.

D.E

IORDAN. BRVN. NOL.
DE TABVLA MAGNA,
CAP. VII.

TABVLA magna 84. columnis constat iuxta totidem camerarum numerum quæ in 28. sunt ordinibus, qui sunt in 7. domib. à septem reuolutionibus in quarta figura constitutis. Quælibet autem columna ex 24. Cylindris: & horum singuli 4. constant membris. Vnde quaternarium ductum per 24 reddit 96. membra.

Cylind. XXIV. sunt BCD. CBD. DBC, BCD. CDB. DCB. BBC. BBD. CCB. CCD. DDB. DDC. BCC. BDD. CBB. CDD. DBB. DCC. BCB. BDB. CBD. CDC. DBD. DCD.

Singulæ cylindrorū quadruplici ipsius T. insinuatione, quatuor membra sibi asciscunt. Aut enim est ante elementum primum TBCD. Aut post primum ante secundum BTCD. Aut post secundum ante tertium BCTD. Elementa ante T. significant prædicata absoluta, Elementa post T, respectiua significant prædicata.

Ordo est, vt T. primo sit primum: secundo, secundum: tertio, tertium: quarto quartum.

<i>Cylindri.</i>	<i>Membræ.</i>		<i>Columnæ.</i>	
B C D	t b c d	diff.	conc.	cont.
	b t c d	bon.	conc.	cont.
	b c t d	bon.	mag.	cont.
	l b c d t	bon.	mag.	dur.
C B D	t c b d	conc.	diff.	cont.
	c t b d	mag.	diff.	cont.
	c b t d	mag.	bon.	cont.
	l c b d t	mag.	bon.	dur.
D B C	t d b c	cont.	diff.	conc.
	d t b c	dur.	diff.	conc.
	d b t c	dur.	bon.	conc.
	l d b c t	dur.	bon.	mag.
B D C	t b d c	diff.	cont.	conc.
	b t d c	bon.	cont.	conc.
	b d t c	bon.	dur.	conc.
	l b d c t	bon.	dur.	conc.
C D E	t c d b	conc.	cont.	diff.
	c t d b	mag.	cont.	diff.
	c d t b	mag.	dur.	diff.
	l c d b t	mag.	dur.	bon.

D C E

Cylindri.		Membra.	Columna.		
D C B	}	tcdb	cont.	conc.	diff.
		dtcb	dur.	conc.	diff.
		dctb	dur.	mag.	diff.
		dcbr	dur.	mag.	bon.
B C B	}	rbcb	*		
		brcb	bon.	conc.	diff.
		bctb	bon.	mag.	diff.
		bcbt	*		
B D B	}	rbdb	*		
		btdb	bon.	cont.	diff.
		bdtb	bon.	dur.	diff.
		bdbt	*		
C B B	}	tcbbc	*		
		ctbbc	mag.	diff.	conc.
		cbtbc	mag.	bon.	conc.
		cbct	*		
C D C	}	tcddc	*		
		ctddc	mag.	diff.	conc.
		cdtcc	mag.	dur.	conc.
		cedct	*		
D B D	}	tdbbd	*		
		dtbbd	dur.	diff.	cont.
		dbtd	dur.	bon.	cont.
		cbdt	*		
D C D	}	tdcdd	*		
		dtcdd	dur.	conc.	cont.
		dctdd	dur.	mag.	cont.
		dcddt	*		
B B C	}	rbbbc	*		
		btrbc	bon.	diff.	cont.
		bbtrc	*		
		bbctt	*		
B B D	}	rbbbd	*		
		btrbd	bon.	diff.	cont.
		bbtrd	*		
		bbdrt	*		
C C B	}	tcccb	*		
		ctccb	mag.	conc.	diff.
		cctcb	*		
		ccbct	*		
C C D	}	tcccd	*		
		ctccd	mag.	conc.	cont.
		cctcd	*		
		cccdt	*		

Cylindri. Membræ.

Columna.

D D B	{	td db	*		
		dt db	dur.	cont.	diff.
		dd tb	*		
	}	dd bt	*		
D D C	{	td dc	*		
		dt de	dur.	cont.	conc.
		dd tc	*		
	}	dd ct	*		
B C C	{	tb cc	*		
		bt cc	*		
		bctc	bon.	mag.	conc.
	}	bctt	*		
B D D	{	td dd	*		
		bd dd	*		
		bdtd	bon.	dur.	cont.
	}	bd dt	*		
C B B	{	tc bb	*		
		ct bb	*		
		cbtb	mag.	bon.	conc.
	}	cb bt	*		
C D D	{	td dd	*		
		ct dd	*		
		cdtd	mag.	dur.	cont.
	}	cd dt	*		
D B B	{	td bb	*		
		dt bb	*		
		dbtb	dur.	bon.	diff.
	}	db bt	*		
D C C	{	td cc	*		
		dt cc	*		
		dctc	dur.	mag.	cont.
	}	dc ct	*		

* Hic vanam intelligimus combinationem, vbi T non mediat inter geminatas literas.

De utilibus & inutilibus combinationibus.

De octo igitur quæ habentur istius columnæ membrorum duodenariis: quatuor duntaxat extant utilia. Ratio cuius est inde manifesta. Quia frustra eiusdem prædicati signum geminatur in ipsis, quæ per stellarum adiectionem sunt in columna denotata. Duodenarium igitur primum ex tribus primis cylindris extrahitur: secundum de sex sequentibus: tertium de duodecim tertiis & ultimis.

Hæc

Hæc columna 100 membrorum, cuius 48. diximus esse utilia, fecundior est, quam columna Lulliana, quæ 20. tantum consistat membris in vnico cylindro. Accidit autem nobis eam ditasse extra eam rationem, qua Raymundus potuit omisisse cætera membra: quia inutilem eius videbat fieri repetitionem. Quandoquidem dicere B C D, id est, bonitas magna durans: & dicere C B D, id est, magna bonitas durans, idem est. Nos verò Raymundi ordinem & sufficientiam non improbamus: & fatemur in suo vigenario omnia tandem contineri quidem, sed cæca, & ipsi Lullio fortasse etiam occulta vel minus considerata. Postquam igitur combinationes, quæ ex 4. istis elementis & ordinatis fieri possunt extendimus: quæque ex iis omnibus frugales extente patefactum est: discurratur columna sumendo primum elementum substantiuè, duo reliqua adiectiuè, dicendo. Bonitas magna durans: quæ significatur in B C D: nonne utilissima & etiam pro ratione complementi discursus necessaria eorundem elementorum alia ordinatio fiet dicendo; magnitudo bona durans: cuius signum est C B D? Non est sane eiusdem repetitio. Similiter non erit eiusdem repetitio: si certa quadam lege disponantur termini tres per adiectiuum & substantiuum, rectum & obliquum; ut ea lege se habeat vnum membrum, qua aliud: vel si omnia membra pariformiter capiantur, nunquam eiusdem fiet repetitio.

Columna
Lulliana.

Numerus legum.

Leges verò quibus vniformiter discurratur columna, sunt octo: quarum vna est, sumpto primo termino adiectiuè, reliquis duobus substantiuè. 2. Alia est sumpto primo termino substantiuè, duobus aliis adiectiuè. 3. Alia sumpto primo & secundo adiectiuè, tertio substantiuè. 4. Alia sumpto primo & secundo termino substantiuè, tertio adiectiuè. 5. Alia sumpto primo & tertio adiectiuè, secundo substantiuè. 6. Alia sumpto primo & tertio substantiuè, secundo adiectiuè. 7. Alia sumptis omnibus adiectiuè. 8. Alia sumptis omnibus substantiuè.

1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.

Multiplicatio legum.

Præpositæ 8. leges per variam obliqui & recti, abstracti concreti que distributionem, utilissimas 64. propositionum considerationes, quibus subjectum problema potest examinari, constituent.

Stante enim primo termino adiectiuè, secundo & tertio substantiuè dicitur.

1.	Bonum	magnitudinis	durationis.
2.	Bonum	magnitudine	durationis.
3.	Bono	magnitudinis	duratio.
4.	Bonum	magnitudinis	duratione.
5.	Boni	magnitudo	durationis.
6.	Boni	magnitudinis	duratio.

2. *Primo substantivè. 2 & 3. adiectivè.*

7.	Bonitate	magna	durans.
8.	Bonitate	magnum	durans.
9.	Bonitate	magni	durans.
10.	Bonitas	magna	durans.
11.	Bonitas	magni	durantis.
12.	Bonitas	magna	durans.
13.	Bonitas	magna	durantis.
14.	Bonitatis	magnum	durans.
15.	Bonitatis	magnæ	durans.

3. *Primo & secundo adiectivè. 3. substantivè.*

16.	Bonum	magni	duratione.
17.	Bono	magna	duratio.
18.	Bono	magni	duratio.
19.	Bonum	magnum	duratione.
20.	Bonum	magnum	durationis.
21.	Bonum	magnæ	durationis.
22.	Boni	magna	duratio.
23.	Boni	magni	duratio.

4. *Primo & 2. substantivè. 3. adiectivè.*

24.	Bonitas	magnitudine	durans.
25.	Bonitate	magnitudo	durans.
26.	Bonitate	magnitudinis	durans.
27.	Bonitas	magnitudinis	durans.
28.	Bonitas	magnitudinis	durantis, id est, quæ durat.
29.	Bonitas	magnitudinis	durantis, id est, eius quod durat.
30.	Bonitatis	magnitudo	durans.
31.	Bonitatis	magnitudine	durans.
32.	Bonitatis	magnitudinis	durans, id est, de bonitate magnitudinis id quod durat.

5. *Primo*

5. *Primo & tertio adiectiuè, 2. substantiuè.*

- | | | | |
|-----|-------|--------------|---|
| 33. | Bonum | magnitudine | durantis. |
| 34. | Bono | magnitudo | durans. |
| 35. | Bono | magnitudinis | durans. |
| 36. | Bonum | magnitudinis | durans. |
| 37. | Bonum | magnitudinis | durantis, id est quæ durat. |
| 38. | Bonum | magnitudinis | durantis, id est, eius quod durat. |
| 39. | Boni | magnitudinis | durans, id est, de bono magnitudinis id quod durat. |
| 40. | Boni | magnitudo | durans. |

6. *Primo & 3. substantiuè, 2. adiectiuè.*

- | | | | |
|-----|-----------|-------|-------------|
| 41. | Bonitas | magna | duratione. |
| 42. | Bonitas | magna | durationis. |
| 43. | Bonitas | magni | duratione. |
| 44. | Bonitas | magnæ | durationis. |
| 45. | Bonitatis | magna | duratio. |
| 46. | Bonitatis | magni | duratio. |
| 47. | Bonitatis | magnæ | duratio. |
| 48. | Bonitate | magna | duratio. |
| 49. | Bonitate | magni | duratio. |

7. *Omniibus adiectiuè sumptis.*

- | | | | |
|-----|-------|--------|-----------|
| 50. | Bonum | magnum | durans. |
| 51. | Bonum | magnum | durantis. |
| 52. | Bonum | magni | durans. |
| 53. | Bonum | magni | durantis. |
| 54. | Boni | magnum | durans. |
| 55. | Boni | magni | durans. |
| 56. | Bono | magnum | durans. |
| 57. | Bono | magno | durans. |
| 58. | Bono | magni | durans. |

8. *Omniibus substantiuè sumptis.*

- | | | | |
|-----|-----------|--------------|-------------|
| 59. | Bonitas | magnitudinis | durationis. |
| 60. | Bonitas | magnitudine | durationis. |
| 61. | Bonitatis | magnitudinis | duratio. |
| 62. | Bonitatis | magnitudine | duratio. |
| 63. | Bonitatis | magnitudo | durationis. |
| 64. | Bonitate | magnitudinis | duratio. |

INDUCTIO.

Hoc quod completum est in B. C. D. T. quod est vnum membrum primi Cylindri huius columnæ: intelligunt completum in B. C. T. D. B. T. C. D. T. B. C. D. quæ sunt reliqua eiusdem Cylindri membra. Identidem fiat in aliis Cylindrorum membrorum columnæ istius tum aliarum omnium. Vbi illud perpetuò aduertendum, ut è tribus terminis vnus in recto capiatur & inde tres termini modis 64. nunc positus non inflectuntur facillè.

Multiplex terminorum acceptio.

Nec te prætereant quod terminus primus hoc in loco, id est, in columna ista per B. significatus, aliquando sumitur secundum se, ut cum quæstio est de bonitate: quandoque sumitur cum alio incomplexè sumpto: ut cum quæstio est de bonitate mundi, de bono naturæ, de bono summo: aliquando sumitur cum alio complexè sumpto, ut cum quæstio est de bonitate æternitatis mundi. Omnis enim quæstio de subiecto aliquo, aut sumitur sine aliquo quod verbo adiaceat, ut an, quid, de quo, quare & c. mundus est? aut sumitur cum vno adiacente, ut an, quid, de quo, & c. mundus est æternus? aut sumitur cum duobus vel pluribus adiacentibus, ut an, quid, quomodo bonum est mundum esse in æterna concordantia & differētia & c. De aliorum membrorum primis terminis idem est iudicium. Item sicut ipsum B. quod ponitur pro subiecto tripliciter sumi posse dicitur: ita tripliciter posse sumi cæteros terminos (ut in hoc loco C. D.) intelligatur. Ipsum verò in vno demonstrasse sufficit.

Hoc pacto veluti confusam, obscuram & imperfectam tabulam distinximus, clarificauimus & perfecimus.

DE TERMINORVM ARTIS FORMATIONE. CAP. IIX.

QVONIAM verò artis huius vsus absque terminorum alphabeti prompta & ordinata comprehensione difficilissimus est: eã ob causam hõice figurationis canones instituiimus.

Nouem ex facie bene notos homines adsciscito, quorum singula nomina vel propria, vel tua institutione appropriata à singulis horum elementorum initium sumant: ut pro B. Brutus pro C. Cæsar, quatenus promptè eodem quo hæc occurrunt, occurrere possint ordine.

II. His pro nouem subiectorum significatione nouem sigillatim attribuuntur dignitates ut B. Deum, significet Brutus sacerdos: C. Angelum, Cæsar nuncius.

*Ars μνημο-
νευτικῆ τερ-
μινωρων hu-
ius artis seu
alphabeti,
seu locorum.*

III. Iisdem ad significanda absoluta prædicata totidem cognata sunt instrumenta: ut B. Lux significet bonitatem: C. globus significet magnitudinem.

IV. Iidem pro notandis respectiuis prædicatis totidem proprias intelligantur suscipere operationes. Vt B. Differentiam, significet Disputans, C. concordantiam, placans.

V. Illis etiam pro quæstionibus notandis adstant res, ut pro B. Verum, V tres: pro C. Quid, Latibulum.

VI. Simili ratione prouidendum vbi simplex, vel multiplex, virtutum & vitiorum & aliorum, quæ sub instrumentatiuo cõ-
tinentur, alphabeta cupias multiplicare. Adstant enim singulis dictorum vitiorum, pro his pueri 9 pro aliis puellæ nouem: pro
iis senes nouem: pro aliis tot bruta: vel tot alius generis alia.

VII. Omnia tum quo promptius & expeditius oculis obiici-
antur, tum etiam quo ad tabulam felicius valeas explicare in
nouem locis communibus situata intelligas, quorum mox sin-
gula in quatuor particulares sedes distribuantur: ut ita per hæc
columnarum partes deducantur, & varia ipsius T. situatio ope-
rantem non interturbet aliquando.

*SEQVITVR TYPVS EX TRIBVS DE
triginta nostris* sigillis Interprete, Combinante, &
Peregrino. Estque fœcundissima innumerabi-
lium inuentionum ratio: ut & hinc acu-
tus inspector colligere valebit.*

* Ex lib. de
imaginum
&c. compa-
sit.

	B	C	D	E
VIR	Brutus	Cæsar	Diony- sius.	Ernestus
LOCVS	In templo	In tribu- nali	In Aca- demia	In Tricli- nio, Sponsus.
DIGNI:	Sacer- dos	Nuncius	Astrolo- gus,	Sceptum.
INSTR:	Lux	Globus	Colum- na	Exordi- tur, Tortura.
ACTIO	Dispu- tat	Placat	Pugnat	
RES ADS.	V tres	Latibulum	Fons.	

	F	G	H	I	K
VIR	Fabius	Gyges	Horatius	Iulius	Karolus
LOCVS	In circo	In lacu	In horto	In fornace	In theatro
DIGNI:	Eques	Piscator	Astrologus	Chimicus	Miles
INSTR:	Liber	Harpago	Gladius	Speculum	Corona
ACTIO	Interponit	Plicat	Inferit	Contemperat	Obtruncat
RES ADS.	Lances	Color	Horologium	Arca	Forma Modus

*IN LOCIS COMMVNIS ANGVLI,
seu particulares quatuor sedes.*

In	Templo	Altare	Lauacrum	Mensa	Sepulchrum
	Tribunali	Solium	Sedile	Suggestus	Oratorium
	Academia	Bibliotheca	Mensa	Cathedra	Pulpitum
	Triclinio	Lectus	Promptuarium	Lauacrum	Coenaculum
	Circo	Equus	Lances	Sella	Pabulum
	Lacu	Fuscina	Cimba	Retia	Velum
	Horto	Sporta	Rastrum	Puteus	Ligones
	Fornace	Cucurbitæ	Carbones	Alumina	Testæ
	Theatro	Scutum	Currus	Tormentum	Cassis

FINIS.